

1623.

1309 d. 18 Maj.

Nædæstum.

CHRISTIERNUS och MARGARETAS testamentariska anordning af deras qvarlåtenskap till kyrkor och kloster, hvaribland fast egendom till Wårfruberga kloster, samt 50 mark penningar, att fördela mellan alla kloster, som lågo ofvanskogh och de kyrkor, i hvars församlingar de hafva gods m. m.
A. 3 k.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen Nos CRISTERNUS et MARGARETA vxor eiusdem mente sicut et corpore incolumes, volentes nostris animabus salubriter prouidere, ac messionis extreme diem misericordie operibus preuenire, de bonis nostris nostrum testamentum cum nostrorum heredum assensu beniuolo, taliter ordinamus In primis Ecclesie sanctimonialium in monte beate virginis, vbi pariter eligimus sepeliri, legamus quinquaginta marchas denariorum, duas marchatas terre, in villis subscriptis parochie ecclesie kyewr, in tæby dimidiam marcham terre, quatuor denarios in villa ecclesie eiusdem, Jtem in couestum XIII:^{sim} solidos Jtem in orrasæter parochie gærnær septem oras terre, ipsi ecclesie perpetuo possidendas, Jtem quinquaginta marchas denariorum distribuendas taliter piis lociis, silicet cuilibet monasterio owanskogh vnam marcham denar., Jtem cuilibet ecclesie in cuius parochia curiam habemus dimidiam marcham den. ecclesie et tantumdem sacerdoti Ceterum tenore presencium recognoscimus nos teneri obligatos supradicto monasterio in XL:^{ta} marchis puri, ad quarum XL:^{ta} marcharum et quinquaginta et iterum quinguaginta marcharum vsualium superius in testamento positarum solucionem plenius faciendam commitimus curiam nostram in Watnusum cum omnibus prediis nostris in thorns honestis viris et discretis domino Petro lyquidsson et sigmundi kieldorfsson, ut ipsi de bonis memoratis tam in testamento legata quam debitum supradictum sicius et fidelius expediant sicut nostrarum comodum diligunt animarum nec ad vsum nostrum vel cuiusquam nobis attinencium de supradictis bonis quidquam prouenire volumus donec omnia integraliter fuerint persoluta, In cuius ordinacionis euidenciam firmiorem siggilla domini petri lyquidsson et sigmundi kieldorfsson quos eciam huius rei testes habemus et executores, statuimus et siggillum Cristerni filii nostri vna cum siggillis nostris presentibus sunt appensa, actum anno M^o C^oC^oC^o IX in die sancto penthecostes in curia nostra nædæstum.

På frånsidan: Jtem super quibusdam bonis in tæbi parrochia kæuer.

Med sednare hand: Christiernus Aduocatus på Stocholm och hans hustru Margareta anlangandes.

Sigillen: N:o 1 på gula, N:o 5 på ljusblå silkestrådar, finnas i behåll, något skadade; efter N:o 3 fins blott en knippa af rödt silke.